

Liber

plino mollisq; ac fertili acremento accipiente causas genitales sublimes: semperq; pariente natura pleraq; etiam monstrifica reperiuntur perplexis & in semet aliter atq; aliter nunc flatu: nunc fluctu couolutis feminibus atq; principiis. Vt uera fiat uulgi opinio quicquid nascatur in parte naturae ulla & in mari esse. praeterq; multa quae nusquam alibi rerum quidem non solum animalium simulacra inesse licet intelligere intuētibus utam: gladium ferras. Cucumim uero & in colore & in dolore simile. Quo minus miremur equorum capita in tam paruis eminere cocleis.

De indici maris beluis.

Cap. iii.

Dulima at & maxima in indico mari animalia: equibus balenae quaternum iugerum, priestes ducenum cubitorum. Quippe ubi locustae quaterna cubita impleat. Angulae quoq; in gage amne tricenos pedes. Sed in mari beluae circa solstitia maxime uisuntur. Tunc illic ruunt turbines: tunc imbres: tunc deiectae motium iugis pcellae ab imo uertunt maria pulsataeque ex profundo beluas cum fluctibus uoluunt: & alias tanta tynnorum multitudine: ut magni Alexandri classis haud alio modo quam hostium acie obuia contrarium agmen aduersa fronte direxerit, aliter sparsis non erat euadere qui non uoce: non sonitu: non ictu: sed fragore terreretur: nec nisi ruina turbatur. Cadara appellatur rubri maris peninsula. Huius obiectu uastus efficitur sinus. xii. dierum & noctium remigio enauigatus ptolemaeo regi: quando nullius aurae recipit afflatum. Huius loci quiete praecipua ad immobilem magnitudinem beluae adulescunt. Gedrosi qui arbin amnem accolunt Alexandri magni classium praefecto prodidere in domibus fores maxillis beluatum facere: ossibus tecta contignare. Ex quibus multa quadragenum cubitorum longitudinis reperta. Exeunt & pecori similes beluae ibi in terram: pastaeque radices fruticum remeant: & quaedam equorum: asinorum: taurorum capitibus quae depascuntur sata. Maximum animal in indico mari pristis & balena est.

Quae in quoque oceano maxima. Cap. iiii.

Ingallico oceano phylseter ingentis columnae modo se attolens: altiorque nauium uelis diluuiem quandam eructans. In gaditano oceano arbor in tantum uastis dispersa ramis: ut ex ea causa fretum nunquam intrasse credatur. Apparent & rotae appellatae a similitudine quaternis distinctae radiis modiolos earum oculis duobus utrinque claudentibus.

De tritonum & Nereidum & elephantorum maritimum figuris. Cap. v.

Tiberio principi nunciauit olisiponensium legatio ob id missa uisum auditumque in quodam specu cocha canentem Tritonem qua noscitur forma. Et Nereidum falsa opinio non est squamis non hispido corpore etiam in quo humana effigiem habet. Nam haec in eodem spectata littore est. Cuius morientis et gannitum tristem accolae audiuerunt longe. Et Diuo Augusto legatus galliae complures in littore apparere exanimes Nereidas scripsit. Auctores habeo in equestri ordine splendentes uisum ab his in gaditano oceano marinum hominem toto corpore absoluta similitudine ascendere nauigia nocturnis temporibus: statimque degrauari quas infederit partes: & si diutius permaneat etiam mergi. Tiberio principi contra lugdunensis punitiae littus insularum trecentas amplius beluas recipere destituit oceanus mirae uarietatis & magnitudinis. Nec pauciores in fantonum littore. Interque reliquas elephantos & arietes candore tantum cornibus assimulatis, Nereidas uero multas Turanius uero prodidit expulsam beluam in gaditania littora: cuius inter pinnas duas ultimae caudae cubita. xvi. fuissent: dentes eiusdem. cxx. Maximi dodratium mensura: minimi semipedum. Beluae cui dicebatur exposita fuisse Andromada ossa romae apportata ex oppido iudaeae iope ostendit iter reliqua miracula adilitate sua. M. Scaurus: longitudine pedum. xl. altitudine costarum indicos elephantos excedente. Spinae crassitudine sesquipedale.

De balenis & orcis.

Cap. vi.

Balenae in nostra maria penetrat. In gaditano oceano non ante brumam conspici eas tradunt. Codi aut aestatis temporibus in quodam linu placido & capaci mire gaudentes ibi parere. Hoc scire orcas infestam his beluas. Et cuius imago nulla representatione exprimi possit alia: quam carnis in mese dentibus truculentae. Irrumpunt ergo in secreta ac uitulos earum & foetas uel etiam in anagnadum inertes: & pondere suo oneratae. Tunc quidem & utero graues: parienduae poenis inualidae solo auxilium nouere in altum pfugere: & se toto defendere oceano: Contra orcae occurrere laborant: seseque opponere: & cautum angustis trucidare: in uada urgere: saxi illidere. Spectant ea peccelia ceu mari ipso sibi irato nullis in sinu uentis. Fluctibus uero ad anhelitus ictusque quantos nulli turbines uoluant. Orca & in portu hostiensis uisa est oppugnata a Claudio principe. Venerat tunc aedificant eo portum inuitata anufragiis tergorum euektorum a gallia: satiansque se per complures dies alueum in uado sulcauerat accumulata fluctibus in tantum: ut circumagi nullo modo posset. Et dum saginam persequitur in littus fluctibus impulsus eminente dorso multum super aquas carinae uice inuersae. Protedi iussit Caesar plagas multiplices inter ora portus: profectusque ipse cum praetorianis cohortibus populo roma. spectaculum praebuit lanceas congerente milite e nauigiis assultantibus: quorum unum mergi uidimus reflatu beluae oppletum unda. Ora balenae habent in frontibus. ideoque summa aqua annatantes in sublime nimbo efflant.